



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quòd singulis hominibus singuli angeli dentur custodes. xlvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod apostatae angeli ante ruinam liberum arbitrium haberent. Cap. XLIII.

VNaquęq; enim res quasi tot passibus ad aliud tendit, *Grego. in lib. mora* tot mutabilitatis suę motibus subiacet. Sola autem *suis mora* na in incomprehensibilis ab statu suo nescit moueri: quę libus ab eo quod semper idem est, nescit immutari. Nam si angelorum substantia immutabilitatis motu fuisset ab auctore condita, nequaquam à beatitudinis suę arce cecidisset. Mirè autem omnipotens Deus naturam summorum spirituum bonam, sed mutabilem condidit: ut & qui permanere nollent, ruerent, & qui in conditione persisterent, tantò in ea iam dignus, quātò & ex arbitrio starent: & eō maioris apud Deum meriti fierent, quod mutabilitatis suę motum, voluntatis statione fixissent.

Cur angelorum spiritus irremissibiliter peccauerunt. Cap. XLV. Ex eiusdem.

Angelorum spiritus idcirco irremissibiliter peccauerunt: quia tanto robustius stare poterant, quanto eos carnis amixtio non tenebat. Homo vero idcirco post culpam veniam meruit: quia per carnale corpus aliquid quod semetipso minor esset, accepit. Vnde apud respectū iudicē argumentum pietatis est, hæc eadem infirmitas carnis.

Quod angelii custodes hominibus præponantur. Cap. XLVI.

QVIA vero angelii hominibus præsint, per prophētam testatur angelus, dicens: Princeps regni Persarum restitit mihi. *Grego. in suis mora lib. dicit.* Quod vero angelii a superiorū angelorum potestatibus dispensentur, Zacharias perhibet propheta, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius, & dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istum, dicens: Absque muro habitabitur Hierusalem.

Quod singulis hominibus singuli angeli dentur custodes. Cap. XLVII.

Abbas Paulus simplex habebat gratiam, ut ingrediētes in Ecclesiam senes aspiceret: & ex ipsa facie eorum cuiusdam vniuersus cogitationes, siue malae essent, seu bonae seniret. Cū ergo venisset ad Ecclesiam, & ingrederentur senes, vidit eos clara facie, & lato animo ingredi, & angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem ni-

grum & nebulosum habentem corpus, & dæmones hinc
atque inde trahentes eum, cum admisso frero in naribus,
& angelum sanctum eius de longe sequentem tristiter.
Batus ergo Paulus cœpit flere amarissime, & pectus suum tenui-
dere, sedens ante Ecclesiam propter eum quem tale vide-
rat. Omnes autem alii senes videntes eum sic flentem, ce-
perunt eum rogare, ut si quid in illis vidisset, come in
gredieretur in congregationem. Ille autem noluit ingre-
di, sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post
paululum autem, cum absurta congregatio discederet, ne-
rum omnium vultus circunspiciebat, si tales egredierentur,
quales ingressi sunt. Et vidit illum quem antea viderat ni-
grum & nobulosum egressum de Ecclesia clara facie, & a
dido corpore, & dæmones de longe sequentes eum, sanctu-
autem angelum eius prope eum hilarem, & gaudetem u-
per eum nimis.

Quod dextera Dei, sit pars angelorum electa; sinistra autem eius, pars angelorum reprobata. Cap. XLVIII.

*Grego. in
suis mora-
lib⁹ dicit.*

QVI D est ergo quod exercitus cœli à dextris, & à
nistris eius stare perhibetur? Deus enim qui ita
intra omnia, ut etiam sit extra omnia, nec dexte-
ra, nec sinistra cœcluditur, sed dextera Dei angelorum pa-
electa; sinistra autem Dei, pars angelorum reprobata designa-
tur. Non enim ministrant solummodo boni, qui adiuvant,
sed etiam alii qui reprobant, id est, non solum qui à eis
redeuntes subleuerunt, sed etiam qui redire nolentes graui-
Nec quod cœli exercitus, dicitur angelorum pars reprobata in eo intelligi posse perhibetur. Quas enim suscepimus
aere nouimus, aues cœli nominamus. Et de hisdem spiri-
tibus Paulus dicit: Cōtra spiritualia nequit iax in celestibus.
Quorum caput enuncians, ait: Secundum principem regis
huius. A dextra ergo Dei & sinistra angelorum exercitus
stat: quia & voluntas electorum spirituum, diuina precia
concordat, & reproborum sensus sua malitia seruiens, a
dicio distinctionis eius obtemperat. Unde & mox fallax
spiritibus in medium prosiliuisse describitur, per quæ Alio
rex exigentibus suis meritis decipiatur. Neque enim si
est credere, bonum spiritum fallaciae deseruire volum
ut diceret: Egrediar, & ero mēdax spiritus in ore omnium.